MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80774-12

AUTHOR:
GIESE, EMIL

TITLE:
DE PARASITI PERSONA CAPITA SELECTA

PLACE:
BEROLINI

DATE:
1908

Master Negative #

92-80774-12

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Giese, Emil, 1883-

De parasiti persona capita selecta. Dissertatio... quam...scripsit Aemilius Giese... Berolini, Trenkel 1908.

38 p. 23½ cm.

Thesis, Kiel.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 6-3-93 INITIALS MGY

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

De parasiti persona capita selecta.

Dissertatio inauguralis

quam

consensu et auctoritate

amplissimi philosophorum ordinis
in academia Kiliensi

ad summos in philosophia honores
rite capessendos

scripsit

AEMILIUS GIESE
Guestphalus.

Berolini
R. TRENKEL
MCMVIII.

Zum Druck genehmigt
am 20. I. 1908.

Dr. Sudhaus, Dekan.

Parentibus optimis sacrum.

Cap. I.

De vocibus *κόλαξ* et *παράσιτος*[1]).

Clearchus Solensis memoriae tradidit (F. H. G. II 310. Cf. Ribb. l. c. pag. 5) adulatores primo fuisse apud tyrannos Cyprios. Permulti autem rerum scriptores certiores nos faciunt de illis adulatoribus, qui *κόλακες* appellabantur et reges tyrannosque eo consilio adulabantur, ut auctoritatem et potentiam suam augerent. Sed varia est vis vocis *κόλαξ* apud varios scriptores: et homines humilissimi sordidissimique *κόλακες* appellantur et duces exercituum, magistratus, viri doctissimi philosophique[2]). Quae de his rebus nobis tradita sunt, tractavit Ribbeck l. c. pag. 4—11, singulosque adulatores nominatim enumerat pag. 76—82.

Similiter *παράσιτοι* antiquis temporibus honestissimi et

---

[1]) Otto Ribbeck in dissertatione, cui nomen est „Kolax" (Abhandl. der königl. sächs. Gesellsch. der Wissenschaften, Philol.-histor. Klasse, Band IX, 1884), multa et praeclara protulit de parasiti persona. Neque vero ego iterabo, — quantum quidem fieri potest — quae ille bene explicavit.

[2]) Ut apud Athen. VI 242 D. 251 E. XIII 584 F., Satyrum F. H. G. III 161, Nicolaum Dam. F. H. G. III 418.

decori erant homines, quibus saepissime inerat aliquid sanctitatis[1]), quae quidem vocis vis postea valde depravata est. Ex antiquis Atheniensium legibus[2]) intellegitur, appellatos esse hoc nomine sacerdotes quosdam Herculis[3]) et Apollinis[4]), qui imprimis eo munere fungebantur, ut in urbibus et insulis[5]), per provincias sibi destinatas (*βουκολίας*) a civibus fruges vel frumenta colligerent[6]), quibus cenae publicae fiebant. In nobilissimis magistratibus Atheniensium parasiti illi habendi sunt et a praetore, cui nomen erat *βασιλεύς*, quotannis ex amplissimis civibus eligebantur. Cuius operae quasi praemium accipiebant: parasiti non solum immunes erant, sed etiam ipsi partem vectigalium illorum accipiebant, ut narrat Aristoteles in libro qui inscribitur *Μεθωναίων πολιτεία* (fr. 426 R). Qua de causa vis vocis *παράσιτος* iam ea re odiosa fieri potuit, quod parasiti illi homines erant, qui non solum *ἀσύμβολοι* essent, sed insuper fruerentur fructibus publicis[7]). Sed posterioribus temporibus, cum apud Athenienses divites magis magisque increbresceret mos homines domi alendi quasi convivas sempiternos, qui, ut

[1]) Ut narrat Prodicus (apud Athen. VI 234 C).

[2]) De quibus velim conferas, quae narrat Athenaeus VI 234 D.

[3]) Ut apud Prodicum l. c., Clidemum (Athen. VI 234 C), Philochorum F. H. G. I 410, Diodorum fr. II 420 K.

[4]) Sancta illa vocis *παράσιτος* notio diu servata est, ut apparet ex monumento mimi cuiusdam (cf. Grysar, Der röm. Mimus. S. A. W. 1854 tom. XII), quo „archimimus" ille „diurnus parasitus Apollinis" vocatur; neque dubitari potest, quin honori fuerit histrioni illi cognomen, quo parasitus et sacerdos Apollinis significabatur. Altera illa odiosa vocis *παράσιτος* notio hoc loco voci non inest, sed ut antiquis temporibus ita hoc quoque loco parasitus est „*ἱερόν τι χρῆμα*", ut Athenaei (VI 234 C) verbis utar. Cf. Martial. IX 28, 9.

[5]) Ut Deli, cf. Athen. VI 234 D.

[6]) Quae lex *βασιλέως νόμος* appellabatur, multaque verba de ea facit Athenaeus VI 235 C.

[7]) Ceterum de parasitorum illorum originibus velim conferas, quae explicaverunt Ribbeck, l. c. pag. 18 sqq. A. v. Kampen, De parasitis apud Graecos sacrorum ministris. Göttingen 1867. Knorr, De parasitis Graecorum, Rostock 1873. Schöll, Die Speisung im Prytaneion zu Athen, Hermes VI pag. 14 sqq. Athen. VI 234 E sqq.

cenam acciperent, dominis blandiebantur, ad homines illos appellandos nomine parasiti usi sunt Graeci, qua in voce principio nihil infamiae inerat[1]), sed postea notio vocis in peiorem partem vertebatur, imprimis cum poetae comici fabulis suis irridere illos parasitos inciperent.

Antequam autem parasiti nomen increbresceret, genus illud hominum *κόλακες* appellabatur[2]). Qua de causa Eupolis, cum videret sophistas, rhetores, philosophos, qui domi Calliae versabantur, ab eo alebantur, res familiares eius abligurriebant, homines illos vere parasitos in scaenam induxit et *Κόλακας* appellavit. Apud Eupolidem igitur vox *κόλαξ* idem valet ac posterioribus temporibus vox *παράσιτος*. Quod fieri propterea potuit, quod vitium insigne et tamquam nota propria parasitorum *κολακεία* esse videbatur.

Ita fit, ut *παράσιτος* fere idem sit ac *κόλαξ*[3]) et apud Eupolidem et apud Alexin in fabula, cui nomen est *Ψευδόμενος* (fr. 260 K):

κόλακος δὲ βίος μικρὸν χρόνον ἀνθεῖ,
οὐδεὶς γὰρ χαίρει πολιοκροτάφῳ παρασίτῳ[4]).

Sed post Eupolidis tempora comoediarum scriptores imprimis voce *παράσιτος* utuntur: vox *κόλαξ* raro in fragmentis mediae, quae vocatur, comoediae invenitur, quod nescio, an casui tribuendum sit.

Apud Menandrum denuo vox *κόλαξ* crebrius occurrit: imprimis appellatur illa voce comes ille militis gloriosi, qui

[1]) Plato (Lach. pag. 179 C) „*καὶ ἡμῖν τὰ μειράκια παρασιτεῖ*".

[2]) Athenaeus (VI 235 E) narrat: *οἱ δ᾽ ἀρχαῖοι ποιηταὶ τοὺς παρασίτους κόλακας ἐκάλουν.*

[3]) Etiam Lucianus vocibus *κόλαξ* et *παράσιτος* synonymis utitur.

[4]) Huc pertinent etiam illae facetiae, quae in Menandri Samia nuper in lucem prodierunt v. 261:

Ἀνδροκλῆς ἔτη τοσαῦτα ζῇ· τρέχει, παίζει (leg. pro *ΠΑΙΔΑ*), *πολὺ πράττεται· μέλας περιπατεῖ, λευκὸς οὐκ ἂν ἀποθάνοι οὐδ᾽ ἂν εἰ σφάττοι τις αὐτόν* (hoc emendaverunt Leo et v. Herwerden)

superbiam eius et adulatur et ludificat. Recte enim mihi Ribbeck (l. c. pag. 21) iudicare videtur, cum dicit, in comoediis Menandri colacem militis gloriosi adulatorem esse solere, parasitum hominis privati[1]).

[1]) Liceat mihi huic capiti pauca addere de nonnullis vocibus, quae idem fere valent ac vox *παράσιτος*, ut de voce *ἐπισίτιος*. Athenaeus (VI 246) explicat notionem vocis *ἐπίσιτος* vel *ἐπισίτιος*: *ἐπισίτιοι γὰρ καλοῦνται οἱ ἐπὶ τροφαῖς ὑπουργοῦντες.* Quod genus parasitorum invenitur exempli gratia in Pherecratis comoedia, quae inscripta est *Γρᾶες* (fr. 32 K): *Σὺ δ' οὐδὲ θᾶσσον Σμικυθίων ἐπισιτιεῖ κτλ.* Athenaeus (VI 246 F) addit verba: *κοινῇ δὲ περὶ παρασίτων εἰρήκασι Τιμοκλῆς ἐν Πύκτῃ, ἐπισιτίους καλῶν αὐτούς,* et idem (VI 247 E) dicit: *τῷ δὲ παράσιτος ὅμοιά ἐστιν ὀνόματα ἐπίσιτος . . . κτλ.* (Cf. Pollucis verba VI 123.) — Inveniuntur igitur apud Timoclem (fr. II 464 K. II 456 K) et Cratetem (fr. I 140 K) parasiti illi, qui *ἐπισίτιοι* vocantur, nomenque acceperunt homines illi a munere, quo fungebantur: in foro emebant, quaecumque ad convivium cenamque opus sunt.

βωμολόχος quoque, qui vocatur, antiquis temporibus similis est parasito. Velim conferas schol. ad. Arist. ran. v. 357: . . . *βωμολόχοις δὲ τοῖς πρὸς χάριν λέγουσιν καὶ ἀπὸ κολακείας. ἀπὸ δὲ τῶν λοχώντων περὶ τοὺς βωμοὺς . . . μετενήνεκται ἡ λέξις. οὗτοι γὰρ ἐπὶ τῶν βωμῶν πολλὰ λιπαροῦσιν κολακεύοντες λαβεῖν τι τῶν θυόντων.* Quibus ex verbis antiqua illa vocis *βωμολόχος* notio cognosci potest.

Qui homines, si convivio interesse licebat, solvebant quasi debitum, cum ludibrio essent convivis delectarentque animos eorum. Qua de causa *βωμολοχία* apud Hesychium est *γένος κολακείας φορτικὸν καὶ γελωτοποιόν.* — *βωμολόχος* ille prope abest a scurra atque propter procacitatem vulgarem et dicacitatem quandam ex infimae plebis moribus petitam oppositus est *ἀγροίκῳ* apud Plutarchum in libro, qui inscribitur *πῶς ἄν τις διακρ. κτλ.* (pag. 66 c): . . . *ὥσπερ ἔνιοι δοκοῦσιν αἰσχυντηλίαν μὲν αἰσχυντίᾳ φεύγειν, ἀγροικίαν δὲ βωμολοχίᾳ.* (Cf. Kock. ad. Arist. Equ. 902.)

κνισοκόλαξ quoque vel *ψωμοκόλαξ* parasitus appellatur, quibus vocibus adulatio illorum hominum significatur. *κνισοκόλαξ* idem est ac *παράσιτος* exempli gratia apud Asium (ap. Athen. III 125 D), Sophilum (fr. II 446 K), Diphilum (fr. II 284 K).

Cap. II.

De parasiti personae originibus variisque generibus.

Multo antequam et *κόλαξ* et *παράσιτος* in comoediis Atticis invenirentur, Syracusis Epicharmus personam illam[1]) in scaenam produxit, cui iam in comoedia Megarica partes fuisse verisimile est. Neque mihi quidem dubitari posse videtur, quin origines typi illius parasiti iam antiquissimis temporibus fuerint[2]). Nam Epicharmum materiam fabularum componendarum ex carminibus cyclicis, quae vocantur, non raro sumpsisse apparet[3]). Carmina enim illa, quo magis magisque aulis regiis relictis ad plebem civesque urbium pervenerunt, eo magis ingenio quoque illorum hominum aptabantur et saepissime in deterius depravata sunt, ut risum moverent et ad sensum popularem vulgaremque accomodarentur. Ex ridiculis illis carminum cyclicorum locis, quorum nonnullos infra afferam, plurima fabularum argumenta orta sunt, quod ex titulis Epicharmeis colligitur.

[1]) Non persona tantum usus est Epicharmus (cf. Dieterich, Pulcinella pag. 42), sed nomine quoque parasitorum appellavit homines illos: quae res quamquam ex comoediarum reliquiis intellegi non potest, tamen apparet ex schol. *T.* ad Hom. Il. *P.* 577 (Kaibel, C. G. F. I_1 pag. 96 fg. 35): *τὸ δὲ ὄνομα τοῦ παρασίτου εἴρηται ἐν Ἐλπίδι παρ' Ἐπιχάρμῳ* eademque narrat Pollux VI 35: . . . *ἐπὶ μέντοι τοῦ παρασιτεῖν κατὰ λιχνείαν ἢ κολακείαν πρῶτος Ἐπίχαρμος τὸν παράσιτον ὠνόμασεν.* Aliter censuerunt Wilamowitz et Kaibel (l. c. pag. 97 fg. 37), qui Epicharmum nomine parasiti usum esse negant.

[2]) Typus ille hominum, qui similis est parasito, in Ionia ortus esse videtur, quod apparet ex carminibus posthomericis exempli gratia Archilochi (fr. 78 Bgk.):

> *— — πολλὸν δὲ πίνων καὶ χαλίκρητον μέθυ,*
> *οὔτε τῖμον εἰσενεγκὼν — — —*
> *οὐδὲ μὴν κληθεὶς ὑφ' ἡμῶν, ἦλθες οἷα δὴ φίλος.*
> *ἀλλά σ' ἡ γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν*
> *εἰς ἀναιδίην.* Cf. versus Asii (infra pag. 6 ann. 2).

[3]) Cf. Reich, „Der röm. Mimus“, I pag. 29. — O. Müller, „Gesch. der griech. Literatur“, II pag. 3 similia explicat. Sudhausius me huius rei commonefecit.

Quam rem peto ut paucis mihi liceat tractare; ultro enim ad id, quod nobis propositum erat, referemur.

Ulixis praecipue personam poetis comicis materiam praebuisse apparet, ut recte iudicavit Welcker (in libro, cui nomen est „Der epische Cyclus“, ed. Bonnae 1835 in tom. II pag. 276), cum dicit: „Sehr natürlich ist es, daß an den Helden der Kriegslisten sich Heiterkeit und scherzhafte Laune wie um einen Mittelpunkt drängten, daß Odysseus überall Humor in der Behandlung der Geschichten anregte und das Ergötzliche sich an seinen Namen hängte,“ et pag. 272 de eodem dicit: „... es verrät sich hier und da ein heiterer, dem Komischen verwandter Sinn[1])“. — Constat Epicharmum argumentum fabulae, quae inscribitur *Ὀδυσσεὺς αὐτομόλος*, sumpsisse ex carmine, cui nomen est *Ἰλίου πέρσις*. Ulixes, cum multis plagis se lacerasset, mendici[2]) habitu indutus explorandi causa ingressus est Troiam; ubi cum ab Helena agnitus interrogaretur, primum callidissime fallaciis mendaciisque se Ulixem esse dissimulabat, atque Helena se illi Troiam proditura esse pollicetur. — Quae imitatus est Epicharmus: et ut ille, ita apud alios quoque poetas comicos Ulixis persona invenitur, ut apud Cratinum, Eubulum, Anaxandriden, Alexin aliosque. — Imprimis carmina minora, quae vocantur, ridiculosissima fuisse et

---

[1]) Cf. quae explicavit Dieterich (Pulcinella pag. 63). De Ulixe comico egerunt: Joh. Schmidt, Ulixes Posthomericus, pars I. Dissert. Leipzig 1885. pars II. in commentat. Ribbeckian. 1888 pag. 101 sqq. — Idem: Ulixes Comicus, Jahrb. Suppl. 1888 pag. 361 sqq. Ribbeck, De Ulixis in fabulis satyris persona, l. c. pag. 99 sqq.

[2]) Non raro mendicis illis antiquis temporibus similitudo quaedam est parasitorum, ut apud Asium (ap. Athen. III 125 D; cf. Dieterich, Pulcinella. pag. 37):

χωλός, στιγματίης, πολυγήρως, ἶσος ἀλήτῃ
ἦλθεν κνισοκόλαξ, εὖτε Μέλης ἐγάμει
ἄκλητος, ζωμοῦ κεχρήμενος κτλ.

Et apud Antiphanem fr. II 119 K dicit parasitus:

τί φής; ἐνθάδ᾽ ... οἴσεις τι καταφαγεῖν
ἐπὶ τὴν θύραν, εἶθ᾽ ὥσπερ οἱ πτωχοὶ χαμαὶ
ἐνθάδ᾽ ἔδομαι κτλ.

saepissime poetas comicos ea imitatos esse apparet. Sed notandum est in ipsa Odyssea δ 277 sqq. paene ad scurriles iocos descendere vatem quendam, cum Helenam faciat imitantem voces mulierum Argivarum:

τρὶς δὲ περίστειξας κοῖλον λόχον ἀμφαφόωσα,
ἐκ δ᾽ ὀνομακλήδην Δαναῶν ὀνόμαζες ἀρίστους,
πάντων Ἀργείων φωνὴν ἴσκουσ᾽ ἀλόχοισιν·
αὐτὰρ ἐγὼ καὶ Τυδεΐδης καὶ δῖος Ὀδυσσεὺς
ἥμενοι ἐν μέσσοισιν ἀκούσαμεν, ὡς ἐβόησας.
νῶι μὲν ἀμφοτέρω μενεήναμεν ὁρμηθέντες
ἢ ἐξελθέμεναι ἢ ἔνδοθεν αἶψ᾽ ὑπακοῦσαι·
ἀλλ᾽ Ὀδυσεὺς κατέρυκε καὶ ἔσχεθεν ἱεμένω περ.

Commemorandus etiam hoc loco *Μαργίτης*, cuius mentionem facit Aristoteles (in lib. qui est de art. poet. IV pag. 1448 B. 28 sqq.): „*Τῶν μὲν οὖν πρὸ Ὁμήρου οὐδενὸς ἔχομεν εἰπεῖν τοιοῦτον ποίημα* (sc. *μίμησιν τῶν φαύλων*) *εἰκὸς δὲ εἶναι πολλούς· ἀπὸ δὲ Ὁμήρου ἀρξαμένοις ἔστιν, οἷον ἐκείνου ὁ Μαργίτης καὶ τὰ τοιαῦτα* — — — *ὥσπερ δὲ καὶ τὰ σπουδαῖα μάλιστα ποιητὴς Ὅμηρος ἦν* — — — *οὕτω καὶ τὰ τῆς κωμῳδίας δρα- σχήματα πρῶτος ὑπέδειξεν, οὐ ψόγον ἀλλὰ τὸ γελοῖον -ματοποιήσας· ὁ γὰρ Μαργίτης ἀνάλογον ἔχει ὥσπερ Ἰλιὰς καὶ Ὀδύσσεια πρὸς τὰς τραγῳδίας, οὕτω καὶ οὗτος πρὸς τὰς κωμῳδίας.*“ Quibus cum verbis velim conferas, quae commemorat Suidas (II_1 pag. 695, 14 Bernh.), apud quem *Μαργίτης* est: *ἀνὴρ ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος*[1]).

Quin etiam origines typorum illorum comicorum, quales in comoediis posteriorum temporum sunt, in carminibus illis reperiuntur, ut exempli gratia in carmine, cui nomen est *Κέρκωπες*, de quo dicit Welcker (l. c. tom. I pag. 409): „Die Kerkopen scheinen ... das bedeutendste satirische Charakterbild und im derbsten, durch mythische Einkleidung nur wenig gezügeltem Humor gedichtet gewesen zu sein.“ *Κέρκωπες* illi erant homines mendaces et fallaces, quibus mendacia et calliditate sua similitudo quaedam adulatorum erat; quo fit, ut a

---

[1]) Cf. schol. ad Aristot. Eth. Nic. VI 7 et Plutarch. Dem. 23.

Suida (I_1 pag. 122 Bernh.) appellentur: *πανοῦργοι, δόλιοι, ἀπατεῶντες, κόλακες — — — φασὶ δὲ τοὺς Κέρκωπας γενέσθαι·*

> *Ψεύστας ἠπεροπῆας ἀμήχανά τ' ἔργα δαέντας*
> *ἐξαπατητῆρας· πολλὴν δ' ἐπὶ γαῖαν ἰόντες*
> *ἀνθρώπους ἀπάτεσκον κτλ.*

Narratur eos ab Hercule captos et pedibus in umeris eius, ut sues, suspensos esse: attamen nullo modo eos destitisse a facetiis adulationibus blanditiis, ita ut Herculis animum delectarent et mitigarent.

Haec omnia respicientibus perspicuum esse existimo, unde primordia personae parasiti orta sint.

Egregie autem indoles parasitorum describitur ab Epicharmo in comoedia, cui nomen est *Ἐλπὶς ἢ πλοῦτος* (fr. 34 Kaibel):

> *ἀλλ' ἄλλος ἔστειχ' ὧδε τοῦδε κατὰ πόδας*
> *τὸν ῥαιδίως λαψῆι τυ κὰτ τὸ νῦν γάθην*
> *εὔωνον ἀείσιτον· ἀλλ' ἔμπας ὅδε*
> *ἄμυστιν ὥσπερ κύλικα πίνει τὸν βίον.*

Et parasitum ipsum vitam suam describentem inducit (fr. 35):

> *Συνδειπνέων τῶι λῶντι, καλέσαι δεῖ μόνον,*
> *καὶ τῶι γα μὴ λεῶντι, κοὐδὲν δεῖ καλεῖν*[1]).
> *τηνεὶ δὲ χαρίεις τ' εἰμὶ καὶ ποιέω πολὺν*
> *γέλωτα*[2]) *καὶ τὸν ἱστιῶντ' ἐπαινέω·*
> *καἴκα τις ἀντίον (τι) λῆι τήνωι λέγειν,*
> *τήνωι κυδάζομαί τε κἀπ' ὧν ἠχθόμαν,*
> *κἤπειτα πολλὰ καταφαγών, πολλ' ἐμπιὼν*

---

[1]) Invocatus parasitus ad cenam venit, ut apud Cratinum fr. 44 K, Epicharm. fr. 272 K, Plautum in fab. cui n. e. Capt. v. 69 sq. Cf. versus Archilochi (supra pag. 5 ann. 2), Asii (supra pag. 6 ann. 2), verbaque Platonis (*συμπόσ.* 174 A sqq.) „*αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν*“, quibus de verbis egerunt Hug (in editione sua convivii Platonis pag. 12 sq. et 204 sqq.) et Ribbeck (l. c. pag. 100—102). Neque vero Ribbeck illi assentitur (cf. l. c. pag. 100 ann. 1).

[2]) Cf. Alexid. fr. II 365, 380 K, Anaxand. fr. II 139 K.

> *ἄπειμι· λύχνον δ' οὐχ ὁ παῖς μοι συμφέρει.*
> *ἕρπω δ' ὀλισθράζων τε καὶ κατὰ σκότος*
> *ἔρημος· αἴκα δ' ἐντύχω τοῖς περιπόλοις,*
> *τοῦθ' οἷον ἀγαθὸν ἐπιλέγω τοῖς θεοῖς, ὅτι*
> *οὐ λῶντι πλεῖον ἀλλὰ μαστιγοῦντί με·*
> *ἐπεὶ δέ χ' εἵκω οἴκαδις καταφθερείς,*
> *ἄστρωτος εὕδω· καὶ τὰ μὲν πρᾶτ' οὐ κοῶ,*
> *ἇς κά μ' (ἔχ)ων ὤκρατος ἀμφέπηι φρένας.*

Epicharmus igitur centum fere annis antequam in fabulis Atticis persona illa invenitur, parasito usus est.

Iam primordia parasiti personae, qualia in comoedia Attica inveniuntur, perscrutemur. Non raro in fabulis antiquis Atticis, imprimis Aristophaneis, personae in scaenam progrediuntur, quae moribus ingeniisque simillimae sunt parasitis, quales in comoediis posteriorum temporum reperiuntur, etiamsi non iam ex omni parte perfecta est persona illa comica parasiti, neque omnia vitia et malae artes parasiticae cum una semper persona coniuncta sunt[1]).

Aristophanes fabula illa, quae inscribitur *Ἱππεῖς*, illudit Cleonem botulariumque illum quasi parasitos adulatoresque Demi: neque mirum est cavillari acerbissime adulatores illos populi a poeta, ut in comoediis posteriorum temporum parasiti singulorum hominum.

De Cleone agitur versibus 49 sqq.:

> *οὗτος καταγνοὺς τοῦ γέροντος τοὺς τρόπους*
> *ὁ βυρσοπαφλαγών, ὑποπεσὼν τὸν δεσπότην,*
> *ἤκαλλ', ἐθώπευ', ἐκολάκευ', ἐξηπάτα κτλ.*

Tum narratur, quibus servitiis blanditiisque aduletur dominum. Aemulo invidet obtrectatque et ei maledicere solet[2]).

---

[1]) Cf. quae explicavit W. Süß in diss., quae inscr. „De personarum antiquae comoediae Atticae usu atque origine“ (ed. Gießen 1905). Quo libro demonstratur, origines omnium fere personarum, quae in fabulis comoediae novae in formam sibi constantem redactae sunt, iam Aristophanis temporibus in comoediis fuisse.

[2]) Quae obtrectatio parasitorum aemulorum nascitur ex ipsa para-

Non parvi momenti est, quod pollicetur Demo (v. 908) *ἐγὼ δὲ τὰς πολιὰς γὲ σοὐκλέγων νέον ποιήσω*, idemque de Cleone vel alio Demi adulatore narratur ab Aristophane fr. 410 K:

> *ἀδαχεῖ γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄχορ᾽ ἐκλέγει τ᾽ ἀεὶ*
> *ἐκ τοῦ γενείου τὰς πολιάς.*

Similis est adulandi ratio, quae *κροκυλεγμός* ab Hesychio appellatur. *κροκυλεγμός· τὸ κολακευτικῶς τὰς κροκύδας ἀπολέγειν τῶν ἱματίων.* Cf. quae commemorantur in Bekk. Anecdot. IV 27: *ἀφαιρεῖν κροκύδας· ἐπὶ τῶν πάντα ποιούντων διὰ κολακείας.* Idem fere invenitur apud Aristophanem in inc. fab. fr. 410 K: *εἴ τις κολακεύει παρὼν καὶ τὰς κροκύδας ἀφαιρῶν*, et fr. 714: *ἀφαιρεῖ τρίχας.* — Quin etiam *κροκυλεγμός*, qui vocatur, officium quoddam proprium adulatoris erat, ut narrat Theophrastus in libro, qui inscr. *Ἠθικοὶ χαρακτῆρες* cap. 2 [1]).

Ut parasiti, ita Cleo et botularius ille certatim domino blandiuntur (vv. 367 sqq.): uterque Demum adulatur, alter alterum superaturus est aemulum. Ut opprobriis conviciisque certant, ita aemulantur dona, vestimenta se suaque omnia Plebi offerentes eo consilio, ut favorem eius sibi parent. Quam prope artem uterque accedat ad artem illam parasiticam aevi recentioris, paucis liceat illustrare: Velim conferas cum Aristophanis versibus 870—900 quae de adulatoribus Theophrastus in libro, qui inscribitur *Ἠθικοὶ χαρακτῆρες* (cap. 2), commemorat: *καὶ ἐρωτῆσαι μὴ ῥιγοῖ καὶ εὖ ἐπιβάλλεσθαι βούλεται, καὶ ἔτι ταῦτα λέγων περιστεῖλαι αὐτόν — — — καὶ τοῦ παιδὸς ἐν τῷ θεάτρῳ ἀφελόμενος τὰ προσκεφάλεια αὐτὸς ὑποστρῶσαι.* Similiter botularius vv. 783—785 dicit:

> *ἐπὶ ταῖσι πέτραις οὐ φροντίζει σκληρῶς καθήμενον οὕτως,*
> *οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ῥαψάμενός σοι τουτὶ φέρω. ἀλλ᾽ ἐπαναίρου,*
> *κᾆτα καθίζου μαλακῶς, ἵνα μὴ τρίβῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι* [1]).

Servitia quoque, quibus blandiuntur Plebi (ut vv. 909 sqq.), memoriam afferunt servitiorum, quibus *αὐλικοὶ κόλακες* illi, qui ab Athenaeo (VI 255 E, 256 F) *μαλακοκόλακες* appellantur, regem suum adulescentulum adulari solebant: ut tyranno Cyprio *κόλακες* muscas depellunt [2]), ita Cleo (v. 59 sq.) *βυρσίνην ἔχων δειπνοῦντος ἑστὼς ἀποσοβεῖ τοὺς ῥήτορας* [3]).

Ut saepissime comparantur parasiti cum canibus [4]), ita adulatores quoque illi Demi versibus 1030 sqq.

Dignum quoque est, quod commemoretur, utrumque se *ἐραστήν* Demi esse pronuntiare, ut Cleo v. 732:

> *— — — τύπτομαι, — — —*
> *ὁτιὴ φιλῶ σ᾽ ὦ Δῆμ᾽, ἐραστής τ᾽ εἰμὶ σός,*

et eadem dicit botularius vv. 734 sqq. Hoc quoque parasiti est, ut intellegitur ex Luciani libro, qui inscribitur *Περὶ παρασίτου* cap. 48: *ἐπιεικῶς γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν* [5]).

---

sitatione, et saepius occurrit ut exempli gratia antiquissimis temporibus in carminibus Homeri (*Ὀδυσσ.* XVIII, XX): Ulixes et Irus, uterque mendicus, parasitorum ratione invocati convivio procorum intersunt. humi sedent (cf. vers. Asii, supra pag. 6 ann. 2), a convivis illuduntur et lacerantur (ut parasiti quoque cf. Alciph. III 6, 7, 45, 48, 51, 54, 61, 66, Plaut. Capt. 89, Curcul. 394 sqq. Pers. 60). Sed Irus novum illum parasitum-mendicum, ut ita dicam, expulsurus est, decertantque verbis flagrisque. Neque aliena fuisse talia certamina a comoediis posteriorum temporum apparet ex Alciphr. epistula III 73, qua describitur certamen duorum parasitorum aemulorum. Cf. verba Plutarchi (*πῶς ἄν τις διακρ. κτλ.* pag. 65 D), Luciani (calumn. 20, 150. 10, 139), Alciphr. III 58, cf. Ribb. (l. c. pag. 64).

1) Cf. versus Ovidii (in arte amat. I 149 sq.). Suadet poeta iuveni amanti:

> „Utque fit in gremium pulvis si forte puellae
> deciderit, digitis excutiendus erit.“ (Cf. Ribb. l. c. pag. 54.)

1) Cf. verba Horatii in ep. I v. 18 sat. II 5 v. 93. Ovidii in arte am. I v. 159 sq. Plutarchi in libro, cui nomen est *Πῶς ἄν τις διακρ. κτλ.* pag. 62 D.

2) Cf. Athenaei verba cum Antiphanis fr. II 97 K.

3) Cf. Arist. Av. 596 sq.

4) Ut exempli gratia a Plauto (capt. 84 sq.), Aristot. (physiogn. 811 B 36), Apuleio (physiogn. 148), Phabor. fr. 8 K.

5) Ut parasitus ille Timoclis (fr. 8 K).

Ut in fabula cui nomen est *Ἱππεῖς*, ita multo magis in comoedia, quae inscribitur *Σφῆκες*, irridet Aristophanes adulationem assentatorum illorum plebis. In hac comoedia Theorus quidam parasitus Cleonis, Cleo ipse parasitus Demi· est[1]). Queritur chorus versibus 683 sq.:

οὐ γὰρ μεγάλη δουλεία 'στιν τούτους μὲν ἅπαντας ἐν ἀρχαῖς
αὐτούς τ' εἶναι καὶ τοὺς κόλακας τοὺς τούτων μισθοφοροῦντας.

Theorus nomine quoque adulatoris appellatur vv. 42 sqq.:

ἐδόκει δέ μοι Θέωρος αὐτῆς πλήσιον
χαμαὶ καθῆσθαι[2]), *τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχων.*
εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με τραυλίσας·
ὁλᾷς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει[3]).

Huc pertinent ea, quae commemorantur ab 'Aristotele' (in libro cui nomen est physiogn. 811 B) et a Polluce (IV 148), de quibus infra in capite IV agetur.

Ταγηνισταί inscripta erat fabula Aristophanis, quae comparari potest cum comoedia Eupolidis, cui nomen est *Κόλακες*. Iidem homines *ταγηνισταί* illi videntur esse, quos Eupolis (fr. 351 K) *τοὺς περὶ τάγηνον φίλους* vocat. *ταγηνιστάς* illos parasitos esse intellegi potest ex verbis Plutarchi (in lib. cui n. e. moral. pag. 54 b): *τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων· παρασίτου γὰρ ὁ τοιοῦτος εἰκονισμός ἐστιν κτλ.* — Qua de causa mihi quidem persuasum est, parasitos in comoedia illa Aristophanis fuisse. Ut Eupolis Calliae luxuriam et magnam

1) Ribbeck, l. c. pag. 10 ann. 1.

2) Is quoque mos est parasitorum. Velim conferas, quae tradidit Posidonius (ap. Athen. III 152 F) de parasito regis Parthorum, qui in cena ante pedes domini humi sedeat.

3) Comparari possunt verba, quae facit Palladas (in Anthol. Pal. XI 323):

Ῥῶ καὶ Λάμβδα μόνον κόρακας κολάκων διορίζει.
λοιπὸν ταὐτὸ κόραξ βωμολόχος τε κόλαξ·
τοὔνεκά μοι, βέλτιστε, τόδε ζῷον
εἰδὼς καὶ ζώντων τοὺς κόλακας κόρακας.

illam adulatorum turbam, qui bona eius abligurriebant, comoedia sua, quae inscribitur *Κόλακες*, irridet, ita Aristophanes alium quendam iuvenem divitem et prodigum parasitosque eius derisit. Neque dubitari potest. quin Alcibiades fuerit.

Ut in fabulis Aristophaneis personae quaedam moribus ingeniisque parasitorum vel adulatorum praediti sunt, ita apud alios quoque comoediarum scriptores, qui temporibus Aristophanis fuerunt, personae inveniuntur, quae similes sint parasitis, ut in fabula Cratini, quae inscribitur *Διονυσαλέξανδρος*. Dubium non est. quin ad parasitum spectent verba fr. 44 K:

τῶν βδελλολαρύγγων ἀνεπαγγέλτων[1]) *αὐτῷ φοιτήσας ἐπὶ δεῖπνον.*

et fr. 45 K:

οὐ γάρ τοι σύ γε πρῶτος ἄκλητος φοιτᾷς ἐπὶ δεῖπνον, ἄνηστις.

Notandum est, Ribbeckium eam ipsam ob rem, quod parasitica quaedam inducatur persona, hanc fabulam alienam esse a vetustiore poeta censuit, assignandamque illam Cratino recentiori opinatus est, quod quidem *ὁ πολλὰ ἐκδιδάσκων χρόνος* redarguit[2]).

Ex iis, quae demonstravimus, intellegi potest iam Aristophanis temporibus parasiti personam magis magisque auctam et morum proprietate a ceteris personis comicis separatam esse. Nam parasitum illum, qualis invenitur in comoediis posteriorum temporum, non uno die perfectum et moribus certis ingenioque proprio instructum esse apparet: sed paulatim adolevit et explanata perfectaque est persona illa comica, cuius origines, quantum quidem fieri potuit, perscrutati sumus.

Eupolis primus inter poetas comoediarum Atticarum chorum adulatorum in scaenam produxit in fabula illa, quae

1) Cf. supra pag. 8 ann. 1.

2) De hypothesi fabulae nuper reperta velim conferas Oxyrh. Pap. IV pag. 69—71, quam tractavit: Körte, „Die Hypothesis zu Kratinos' Dionysalexandros" (Herm. 1904 pag. 481). Wilamowitz (Philol. Unters. XVIII pag. 107 sq.).

inscribitur *Κόλακες*. Calliae luxuriam et parasitos impudicissimos exagitandos sibi proposuerat.

Ex parabasi servata sunt, quae traduntur fr. 159 K. Maximi momenti hoc fragmentum est, cum his verbis chorus parasitorum ingenium mores rationem vivendi pronuntiet:

ἀλλὰ δίαιταν ἣν ἔχουσ' οἱ κόλακες πρὸς ὑμᾶς
λέξομεν· ἀλλ' ἀκούσαθ' ὡς ἐσμὲν ἅπαντα κομψοὶ
ἄνδρες, ὅτοισι πρῶτα μὲν παῖς ἀκόλουθός ἐστιν
ἀλλότριος τὰ πολλά, μικρὸν δέ τι κἀμὸν αὐτοῦ.
ἱματίω δέ μοι δύ' ἐστὸν χαρίεντε τούτω,
οἷν μεταλαμβάνων ἀεὶ θἄτερον ἐξελαύνω
εἰς ἀγοράν[1]. *ἐκεῖ δ' ἐπειδὰν κατίδω τιν' ἄνδρα*
ἠλίθιον πλουτοῦντα δ', εὐθὺς περὶ τοῦτον εἰμί.
κἄν τι τύχῃ λέγων ὁ πλούταξ, πάνυ τοῦτ' ἐπαινῶ[2]
καὶ καταπλήττομαι δοκῶν τοῖσι λόγοισι χαίρειν·
εἶτ' ἐπὶ δεῖπνον ἐρχόμεσθ' ἄλλυδις ἄλλος ἡμῶν
μᾶζαν ἐπ' ἀλλόφυλον, οὗ δεῖ χαρίεντα πολλὰ
τὸν κόλακ' εὐθέως λέγειν[3], *ἢ 'κφέρεται θύραζε·*
οἶδα δ' Ἀκέστορ' αὐτὸ τὸν στιγματίαν παθόντα·
σκῶμμα γὰρ εἶπ' ἀσελγές, εἶτ' αὐτὸν ὁ παῖς θύραζε
ἐξαγαγὼν ἔχοντα κλοιὸν παρέδωκεν Οἰνεῖ.

Furantur quoque parasiti, ut mos est illorum hominum (fr. 155 K.):

φοροῦσιν ἁρπάζουσιν ἐκ τῆς οἰκίας
τὸ χρυσίον τἀργύρια πορθεῖται.

---

[1]) Parasitum in foro hominem divitem, qui se alat, sibi quaerere, saepius in comoediis invenitur, ut apud A m e i p s i a m in fabula, quae inscr. *Ἀποκοτταβίζοντες* fr. 1 K:

ἐγὼ δ' ἰὼν πειράσομαι
ἐς τὴν ἀγορὰν ἔργον λαβεῖν.

(De voce *ἔργον* cf. quae infra in fine cap. IV disserentur.)

[2]) Id quoque parasiti est plurimis in comoediis ut exempli gratia in E p i c h a r m i fabula, cui nomen est *Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος*.

[3]) Cf. exempl. gr. verba A l c i p h r. III 56.

Nisi quid aliud arripere possunt, mappas furantur: *φροῦδον τὸ χειρόνιπτρον* (fr. 168 K)[1].

Appellantur ab Eupolide parasiti variis vocibus ridiculis, ut nomine *κοιλιοδαίμων* (fr. 172) *ταγηνοκνισοθῆρας* (fr. 173 K)[2].

In Eupolidis igitur illa fabula primo inveniuntur parasiti, et tantopere poeta animos omnium in genus illud hominum convertit, ut ab illo tempore saepissime persona illa comica reperiretur in fabulis typusque parasiti omnibus hominibus conspicuus esset. Non mirum igitur, P l a t o n e m quoque respicere speciem illam philosophorum rhetorumque, quos parasitos Eupolis in scaenam induxit (in libro, qui inscr. Gorgias 462 E, 463 A): Socrates artem rhetoricam, quae est ars Gorgiae, genus quoddam *κολακείας* designaturus est, sed veretur voce *κολακεία* uti, cum dicit: *ὀκνῶ γὰρ Γοργίου ἕνεκα λέγειν, μὴ οἴηταί με διακωμῳδεῖν τὸ ἑαυτοῦ ἐπιτήδευμα.* Haud scio an spectent haec verba ad Eupolidis fabulam, cui nomen est *Κόλακες*, vel ad Aristophanis comoediam, quae inscribitur *Ταγηνισταί*, vel ad aliam quandam fabulam, qua irridebantur rhetores, sophistae, alii[3]) eiusmodi homines.

Temporibus mediae, quae vocatur, comoediae parasitus saepissime in fabulis invenitur paulatimque singula quaedam genera certaeque species distinguebantur.

Quo fit, ut saepius parasiti sint homines famelici, immanitate quadam et rusticitate induti, incultis moribus depravati,

---

[1]) Similis fur est c o q u u s, qui ipse quoque saepissime furta facit; quin etiam se inventorem furti esse dicit apud E u p h r o n e m:

ἐγὼ δ' ὁρῶν τὰ πολλὰ προκατειλημμένα
εὗρον τὸ κλέπτειν πρῶτος (fr. 1 v. 13).

Cf. P l a u t. Aulul. 326 sq.

[2]) Neque vero in hac tantum fabula componenda parasito usus est poeta, sed etiam in ceteris comoediis parasitos fuisse apparet ex fragmentis 289 et 347 K.

[3]) Ut apud Eupolidem, ita saepissime homines illi nomine parasitorum appellantur, ut exempli gratia a L u c i a n o (in Nigr. 24, *συμπόσ.* 18), D i o g e n e L a e r t. (X 8), A l c i p h r. (III 55), P l a t o n e in comoedia, cui nomen est *Σοφισταί*.

qui humilissimis blanditiis patronum adulantur, verba contumeliosa, quin etiam flagra[1]) domini irati patiuntur. Quod genus parasitorum optime quadrat ad naturam comoediae prioris aetatis et memoriam affert parasiti illius, qui apud Epicharmum in comoedia, quae inscribitur Ἐλπὶς ἢ πλοῦτος, reperitur: quibus de causis praecipue poetas antiquiorum temporum illos in scaenam produxisse existimo. Eiusmodi parasiti optime describuntur in Alciphronis epistularum libro III.

At postea exculta est magis parasitatio et multo elegantior et humanior est parasitus et ingenio et ratione vivendi et sese gerendi, benigniusque a domino tractatur, ita ut summam laudem patrono impertiat et contentus sit sorte sua, quales exstant typi apud Antiphanem fr. II 43 K, II 70 K et Diodorum fr. II 420 K aliosque poetas (Ribb. pag. 61/62).

Fuerunt quoque tempora, quibus fastidio essent illi homines: queruntur parasiti iniquitatem temporum; quin etiam parasitus omni spe iucundioris vitae agendae dimissa, manus sibi illaturus est, ut apud poetam illum, cuius verba affert Libanius[2]):

— — — — — — πάλαι μὲν οὖν
ἐγέλων ἀκούων, ὅτι θανεῖν τις βούλεται,
σπεύδει τε προλαβεῖν τἀσφαλῶς ἀποκείμενον,
ὅτε τοῖς κακούργοις ὁ νόμος εἰς τιμωρίαν
ὥριζε, τοῦτο κέρδος ἡγεῖται λαβεῖν.
πάλαι μὲν οὕτω ταῦτ᾽ ἐδόξαζον, πάλαι,
νῦν δ᾽ αὖ μετέγνων. — — — κτλ.

Et idem fere queritur parasitus apud Alciphronem in epistula 49 libri III.

De moribus et indole parasitorum, quos quidem permultis in fabulis fuisse fragmenta docent, non iam mihi opus est longius disserere, cum Ribbeckius multa verba de his rebus fecerit l. c. cap. IV pag. 31—70. Optime significatur

[1]) Apud Eupolidem quoque in fr. 159 K vv. 13 sqq. similia narrantur.

[2]) Velim conferas, quae explicavit Kock in dissert., cui nomen est Neue Bruchstücke attischer Komiker (Hermes 1886 pag. 396 sqq.).

parasiti ingenium cognominibus, quibus appellatur, de quibus egit Ribbeck l. c. pag. 70—76, et plurimis illis de parasito proverbiis, quae enumerat Ribbeck l. c. pag. 100—105.

Maxime variant genera parasitorum, qualia inveniuntur in comoediis Menandri, qui personam illam vetustate quasi contritam redintegrasse et venusta morum descriptione in scaenam tamquam restituisse et in gratiam spectantium revocasse videtur. Imprimis novum illud genus parasitorum, quod aliquotiens coniungitur cum milite glorioso, Menandrum primum in scaenam produxisse verisimile est. Velim conferas, quae explicat Leo (Plaut. Forsch. pag. 103 Ann. 1): „Menander hat den glücklichen Gedanken gehabt, ἀλαζών und κόλαξ zusammenzufügen, den Parasiten dem Bramarbas als Folie zur Seite zu geben".[1]) Parasitus ille multo callidior est domino et eum ficta admiratione et simulato obsequio adulatur excellitque urbanitate et sagacitate, qua valde superat et dominum militem et ceteros parasitos priorum temporum. Eo igitur consilio coniunxit poeta militis parasitique personas, ut adulatione parasitica ingenium militis illustraretur, inanis ostentatio militis parasito materiam adulationis praeberet indolesque eius patefieret.

Ut ingenio et ratione sese gerendi, ita larva quoque scaenica differt novus ille parasitus a ceteris parasitis, ut apparet ex iis, quae infra in capite quarto demonstrabuntur.

Novum illud genus parasiti fuisse in Menandri comoedia, cui nomen est Κόλαξ, apparet et ex nomine et ex ea re, quod Terentius fabulam illam imitatus est comoedia sua, quae inscribitur Eunuchus[2]).

Cuius fabulae Menandreae fragmenta quaedam nuper inventa sunt atque edita in Oxyrh. Pap. tom. III pag. 17—26, de quibus egit Leo in „Nachrichten der Gött. Gesellsch. der Wissensch. Philol.-hist. Classe" (ed. anno 1903)[3]).

[1]) Cf. Ciceronis verba (in libro de amic. cap. 26): „nec parasitorum in comoediis assentatio nobis satis faceta videretur, nisi essent milites gloriosi."

[2]) „Colax Menandrist: in east parasitus colax
Et miles gloriosus." (Terent. Eun. prol. vv. 30 sq.)

[3]) Opinatus est Leo. adulescentem quendam in foro militem para

Attamen quales typi parasitorum Menandri vel novae comoediae Atticae fuerint, non tam ex comoediarum Graecarum reliquiis quam ex imitationibus poetarum Romanorum, imprimis Plauti Terentiique, cognoscere possumus, quas breviter recenseamus.

Parasitus ille novus invenitur in Plauti „Milite". Plautus fabulae illi praemittit unam scaenam[1]) eo tantum consilio, ut personas illas inter se coniunctas parasiti et militis gloriosi et mores eorum cognoscamus. — Qua ex scaena intellegitur et ingenium militis stupidissimi et inculti et indoles parasiti, qui et adulatur dominum humilissimis blanditiis et irridet eum.

Idem genus parasiti in scaenam induxit Terentius in fabula, quae inscribitur Eunuchus[2]). Sed multo excultior est Gnatho, quam Plauti ille Artotrogus. Gnatho in numero parasitorum elegantiorum et urbaniorum habendus est, qui nobili loco nati, rebus familiaribus luxuria profusis, patronum sectantur, qui se alat. Gnatho militem sale, calliditate, sagacitate multo superat, ut etiam Artotrogus, neque ei deest ironia[3]): specie

situmque eius vidisse: ira inflammatum luxuria et superbia parasiti, graviter invectum esse eum in hominem illum nefarium verbis vv. 49 sqq.:

> *ἄνθρωπε, πέρυσιν πτωχὸς ἦσθα καὶ νεκρός,*
> *νυνὶ δὲ πλουτεῖς· λέγε τίν᾽ εἰργάζου τέχνην; κτλ.*

Sed aliter iudicavit Körte („Berl. philologische Wochenschrift" 1907 vol. 642 sqq.). Nam *κόλαξ* vel *παράσιτος*, qui brevi tempore dives factus sit, nusquam in comoediis invenitur: e contrario parasitus non raro rebus familiaribus male consumptis pauper factus est, ut Terentianus ille Gnatho in fabula, cui nomen et Eunuchus (vv. 232 sqq.). Qua de causa ego quoque assentior verbis quae facit Körte, l. c.: „Ein Sykophant, ein Dieb kann mit solchen Worten an den Pranger gestellt werden, aber unmöglich ein Parasit. Müssen wir aber die zornigen Worte des Jünglings auf eine andere Person als Struthias beziehen, so tritt eine neue unbekannte Größe in unsere Rechnung ein, und der Versuch, den Gang der Handlung zu erraten, wird noch aussichtsloser."

[1]) De compositione comoediae egerunt Ladewig (Philol. 17, pag. 260), Fr. Schmidt (Jahrb. Suppl. 9 pag. 323, 390, 401), Ribbeck (Alazon, Leipzig 1882), Leo (Plaut. Forsch. pag. 161), aliique.

[2]) Parasiti militisque personam translatam esse ex Menandri comoedia, quae inscr. *Κόλαξ*, apparet ex Terentianae fabulae versu 30.

[3]) Ut apparet ex vv. 452/53 et 1093.

et quasi ante oculos domini hominem maxime adulatorem, verecundum, supplicem se praebet, quaecumque patronus vel agit vel loquitur, summis laudibus effert[1]) et ei assentitur: re vera autem clam irridet hominem incultum, rusticum, nebulonem, vaniloquum. Ut Artotrogus ille Plauti, ita Gnatho quoque adulatur dominum mendaciis eius augendis (vv. 391 sqq.), sed minus inficeta et minus impudentia sunt et mendacia militis Thrasonis et blanditiae Gnathonis.

Monologo illo, quem facit Gnatho vv. 232—264, comparat se cum parasito quodam altero: uterque luxuria res familiares perdidit, sed alter ille parasitus vilior et miserior est et res eius minus secundae sunt, quam res Gnathonis, qui de eo narrat (236 sq.):

Video sentum, squalidum, aegrum, pannisque annisque obsitum.

Contra Gnatho de se ipse dicit:

Qui color, nitor, vestitus, quae habitudost corporis!

Ut facie et habitu, ita ingenio quoque et moribus, praecipue ratione, qua cenam petunt et favorem domini sibi parant, valde differunt. Alter ille parasitus antiquum genus artis parasiticae colit, cuius insuper non satis peritus est[2]):

„At ego infelix neque ridiculus esse neque plagas pati[3]) possum."

(vv. 244/45.) — Sed irridet eum Gnatho, qui aliud genus adulandi sibi elegit (vv. 246 sq.):

„Olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeclum prius,
Hoc novumst aucupium."

Explicatque novam suam parasitationis rationem vv. 248 sqq. — Quibus verbis Gnatho consulto se opponit antiquo illi generi parasitorum, quorum in numero collega eius habendus

[1]) Cf. verba Martialis (XI 24) et Horat. (sat. II 5, 74 sqq.).

[2]) Cf. Nicolai fragmentum IV pag. 579 M.

[3]) Comparari possunt, quae dicit parasitus in Plauti comoedia, cui nomen est Captivi (vv. 87 sqq.):

> Et hic quidem hercle nisi qui colaphos perpeti
> Potis parasitus, frangique aulas in caput etc.

est, qui flagris iniuriisque patiendis, se ipsum irridendum praebendo cenam sibi quaerit[1]).

Novae quoque comoediae tribuendus est parasitus fabulae, cui nomen est Asinaria: accusatoris enim partes agit. Artemonam iussu domini certiorem facit de fraude mariti.

In numero parasitorum, quales oppositi sunt Gnathoni Terentii, habendus est parasitus in fabula Plauti, quae inscribitur Captivi. Parasitus est homo miserabilis, pauperrimus; res eius pessimae sunt neque quisquam eum ad cenam invitare dignatur: qua de causa queritur temporum iniquitates vituperatque adulescentes divites, qui parasitum alere nolint.

Atque ut Ergasilus, ita Gelasimus in Plauti comoedia, cui nomen est Stichus[2]), multis verbis queritur famem suam, qua impellitur, ut se suaque omnia vendat. Iterum atque iterum ridiculis dictis blanditiisque favorem domini recuperaturus est, iterum atque iterum frustra laborans omni spe dimissa, maestus recedit a scaena.

Peniculus quoque in Plauti fabula, quae inscribitur Menaechmi, homo vere parasitus est. Iucundam quidem vitam agit, ita ut contentus sit sorte sua summisque laudibus efferat patronum. Sed fraude se deceptum et spem cenae ad irritum redactam esse ratus (vv. 446 sqq.) ulturus est dominum secreta eius uxori narrans.

In novo quodam genere parasitorum, quod in nova comoedia ortum esse videtur neque in comoediis priorum tempo-

---

[1]) Invenitur quoque parasitus ille, qui coniungi solet cum milite glorioso in Plauti fabula, quae inscribitur Bacchides. Neque vero ex hac comoedia, qualis parasiti persona, quae vera et prima forma fabulae Graecae fuerit, intellegi potest; nam complures fabulae partes excidisse perspicuum est (cf. quae explicaverunt Ritschl in opusculis philol. II pag. 292 et Ribbeck in Rh. Mus. 42 pag. 111). Haud scio an parasitus et in hac fabula et in comoedia Menandrea, quae inscr. Δὶς ἐξαπατῶν, quam imitatum esse Plautum verisimile est, adiutor fuerit domini in rebus amatoriis bene perficiendis.

[2]) De compositione fabulae egerunt: Schöll (Jahrb. 1874). Ritschl (Parerg. I pag. 280 sqq.), Leo (G. G. A. 1902).

rum invenitur, numerandi sunt parasiti illi, qui simillimi sunt personae servi subdoli[1]) et astuti, qui fraudes dolosque periculosissimos domini gratia subit. — Quorum in numero habendus est parasitus, qui est in Plauti comoedia, quae inscr. Persa: Saturio quasi instrumentum est promptissimum fallaciarum in lenonem componendarum.

Quasi partes et personam agere videtur servi illius callidissimi fidelissimique Curculio, maximique momenti persona eius est: iter facit pro domino, anulum furatur, dolos fallaciasque et in militem et in trapezitam struit et magnis cum periculis usque ad finem perducit.

Et ut in hac fabula Curculio, ita multo magis Phormio adiutor fidelissimus est domini: conviva est Antiphonis adulescentis, et parasitus et adulator (vv. 327 sqq.). Sed quamquam nomine parasiti appellatur (v. 28, 122), tamen multum differt ingenio moribusque imprimis audacia quoque et fiducia ab humili illo parasitorum genere, de quo supra egimus. Quamquam valde gratiam refert domino neque omnino satis parasitum „regi" suo gratiam habere posse existimat[2]), tamen abstinet ab adulatione et blanditiis. Homo vere amicus est dominorum adulescentium[3]) per multos annos; rem Antiphonis et Phaedriae tamquam suam agit adiuvatque eos dolis perficiendis, consilio, opera. Ut domino puellam amatam conciliet, litem instituit, ipse maxima pericula subit[4]).

---

[1]) In mimo Oxyrhynchensi (de quo egit Sudhaus in Herme 41, 1906 pg. 247 sqq.) simillimus est parasitus servis illis callidissimis, quibuscum fraudem fallaciasque in dominam struit perficitque. Clam irridet anum deceptam et illudit ei, servatque dominum, cum uxor eum veneno interfectura sit. —

[2]) Ut narrat vv. 338 sqq., quae verba comparari possunt cum verbis, quae facit parasitus apud Ennium (in libro VI sat.), quae tradidit Donatus (ad Terent. Phorm. v. 338).

[3]) Qua de causa Antipho adulescens valde eum laudat versibus 561 sq.:

Audacissume oneris quod vis impone, ecferet:
Solus est homo amico amicus.

[4]) Maxime pervulgatam fuisse hanc Terentii fabulam et Phormionis

Iam satis perspicuum esse existimo optime cognosci posse ex Plauti Terentiique comoediis varia parasitorum genera. Qua de causa cum comparamus inter se singularum comoediarum parasitos, in fabulis, quibus nomina sunt Stichus et Captivi, antiquius illud genus parasitorum invenimus, qui esurientes, temporum iniquitates querentes iterum atque iterum magno cum gaudio spectatorum frustra cenam sibi petunt.

Eiusmodi parasitis oppositi sunt parasiti illi, qui non raro coniuncti sunt in fabulis agendis cum milite glorioso, dominumque stupidissimum et incultum calliditate multo superant. Haud scio an haec adulatorum species ab ipso Menandro primo in scaenam producta sit. — Reperiuntur huius generis parasiti in fabulis, quae inscribuntur Miles gloriosus, Eunuchus [Bacchides].

In fabulis, quibus nomina sunt Curculio, Persa, Asinaria, Phormio parasiti similes sunt servis illis callidissimis comoediae novae. Quod genus parasitorum in nova comoedia ortum et a Menandro vel Menandri temporibus primo in scaenam inductum esse videtur.

Et ut servi illi, ita parasiti quoque novi illius generis amici et adiutores fidelissimi sunt dominorum, quorum mandata quamvis periculosa fortissime exsequuntur. Quo fit, ut aut primas partes comoediae agant, ut Curculio et Phormio, aut magni momenti sint ad fabulam peragendam[1]).

---

nomine appellatum esse, quicumque homo audacia et confidentia excellebat, apparet ex locis, quae affert Hauler (in edit. Phorm. pg. 73 ann. 3): apud Ciceronem invenitur: „Phormioni alicui" (Phil. II 15) et: „argentarius Sext. Clodius, cui cognomen est Phormio, nec minus niger nec minus confidens, quam ille Terentianus est" (pro Caec. 27). Ab Ausonio in epist. XXVI (Peiper) appellatur homo quidam: „hispidus, trux . . . Terentianus Phormio." Hauler etiam confert, quae narrat Quintilianus (VI 3, 56) et Cicero in libro, qui est de natura deorum (III, 73).

[1]) Fabula, quae inscr. Mil. glor., praetermittenda est, cum parasitus habendus sit in personis, quae *πρόσωπα προτατικά* vocantur (Donat. Arg. Andr. pg. 4, 4 K).

In ceteris vero fabulis agendis specie tantum, non re vera cum actione comoediae parasiti persona coniuncta est neque quicquam refert ad fabulam bene perficiendam, ut imprimis parasiti illi antiquioris generis[1]), quos iam ante Menandri tempora in comoediis fuisse apparet. Reperiuntur eiusmodi parasiti in fabulis, quibus nomina sunt Stichus[2]) et Captivi[3]). Eo tantum consilio in his fabulis componendis poeta parasiti persona usus est, ut risum moveret delectaretque spectatores.

Ex iis, quae demonstravimus, cognosci potest parasitos illos antiquioris generis, quales in comoediis priorum temporum ante Menandri aetatem fuisse apparet, ad actionem fabulae aut nullius aut parvi tantum momenti esse: parasitos autem illos novi generis, qui posterioribus temporibus orti sunt, ad fabulam componendam multum valere, ita ut comprobentur, quae statuit Kaibel[4]): „. . . Auch der Parasit gehört dorthin, der immer eine Außenrolle, eine nur wenig organische Aufgabe im Stücke hat und sie wohl erst spät bekommt."

Dignum est, quod commemoretur, quomodo parasitus scaenam intrare soleat. Quod saepissime monologo fieri assolet, quo narrat parasitus, se parasitum esse, de ingenio suo moribusque parasiticis ridiculosissimis verbis spectatores certiores facit, ut in fabulis, quae inscribuntur Captivi (vv. 69 sqq.), Stichus

---

[1]) Gnatho (v. 246) de eis dicit:

„Olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeclum prius."

[2]) Quod nuntium affert de adventu filii, nihil fere valet et per aliam quoque personam fieri potuit.

[3]) Quamquam servus in portu exspectat adventum fratrum, praeter necessitatem parasitus advocatur. Gelasimus vero, priusquam a Crocotio arcessitur, scaenam intrat: neque vero mandatum Panegyridis exsequitur, neque omnino certiores fimus, qua de causa venerit. Ut a scaena removeatur, dominum advenientem novos parasitos secum adduxisse narrat Panegyris. Tum Gelasimus abit ad certamen cum parasitis aemulis se paraturus. — Ita specie tantum quasi probatur discessus parasiti: alii illi parasiti neque hoc loco neque in ceteris partibus comoediae inveniuntur neque omnino commemorantur. —

[4]) Cf. praefat. in Herm. 1901.

(vv. 150 sqq.), Menaechmi (vv. 77 sqq.), Bacchides (vv. 573 sqq.), Persa (vv. 531 sqq.), Eunuchus (v. 262 sqq.).

Colloquens cum milite glorioso scaenam intrat parasitus in Plauti fabula, cui nomen est miles gloriosus, et in Terentii comoedia, quae inscribitur Phormio: Phormionis iam mentio facta est, antequam scaenam intravit, ita ut introitus eius bene praeparatus sit.

Contento cursu in scaenam progreditur Curculio domino nuntium allaturus.

Cap. III.

De arte parasitica[1]).

De arte parasitica optime certiores fimus Luciani libro, qui inscribitur *περὶ παρασίτου, ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική*. Quid scriptor in hoc libro componendo sibi proposuerit, sagacissime et lepidissime explicavit Radermacher (in editione Philodemi, quam fecit Sudhaus. Leipzig 1895. Suppl. pg. IX sq.). Apparet igitur irrideri hoc Luciani libello rhetores philosophosque inter se certantes. Neque liber ille Luciani neque omnino „ars parasitica“ illa, quid sibi velit, recte intellegi potest, nisi ex certamine illo rhetorum et philosophorum, quo tum omnium animi commovebantur. Plurimos illos similes locos libri Luciani et Philodemi, qui inscribitur *περὶ ῥητορικῆς*, affert Sudhaus (l. c. pg. 28 sqq.), ita ut mihi non iam opus sit, de his rebus longius disserere.

Neque vero Lucianus primus irrisit *τεχνιτῶν ἐπαγγέλματα* illa: nam imitatum esse Lucianum poetas comicos in propatulo est, eademque ratione, quam adhibebant scriptores ad naturam artis rhetoricae vel aliarum disclipinarum artiumque demonstrandam et laudandam, poetae comici usi sunt in fabulis

---

[1]) Sudhausio permulta debeo in hoc capite conscribendo.

scribendis, ita ut ridiculose artes personarum comicarum ut coqui et imprimis parasiti laudarent.

Quae laudes ridiculae artis parasiticae non raro in comoediis inveniuntur, ut apud Antiphanem (fr. 144 K):

εἶτ᾽ ἔστιν ἢ γένοιτ᾽ ἂν ἡδίων τέχνη
ἢ πρόσοδος ἄλλος τοῦ κολακεύειν εὐφυῶς;
ὁ ζωγράφος πονεῖ τι καὶ πικραίνεται,
ὁ γεωργός — — — — — — — — —
— — — ἐν ὅσοις ἐστὶ κίνδυνος πάλιν,
πρόσεστι πᾶσιν ἐπιμέλεια καὶ πόνος,
ἡμῖν δὲ μετὰ γέλωτος ὁ βίος καὶ τρυφῆς·
οὗ γὰρ τὸ μέγιστον ἔργον ἐστὶ παιδιά,
ἁδρὸν γελάσαι, σκῶψαί τιν᾽ ἐκπιεῖν πολύν,
οὐχ᾽ ἡδύ;[1])

Laudes illae parasiti memoriam afferunt verborum Luciani. Velim conferas huius fragmenti versus 3—5 cum Luciani capite XIII, quo Simo ille parasitus demonstrat artem parasiticam optimam esse: sine ullo labore, sine plagis artem illam percipi posse, ceteras autem artes multo cum labore et negotio coniunctas esse. Eodem autem argumento philosophi utebantur, ut artis oratoriae vitaeque forensis pericula delenirent proponerentque. Tum conferas versus 7—10 cum Luciani capitibus 52—53, quibus laudatur parasitus, qui nunquam tristis, nun-

---

[1]) Saepissime coquus quoque artem suam laudat, ut exempli gratia apud Nicomachum (fr. III 386 K), et Dionysium (fr. II 423 K). Ut Gnatho ille in Terentii fab., cui nomen est Eunuchus, magistrum artis parasiticae se praebet, ita coquus quasi disciplinam artis *ὀψοποιικῆς* docet discipulos, ut apparet ex versibus Sosipatri (fr. II 314 K), quo loco narratur de coquo quodam, qui „*τῆς τέχνης ἀρχηγὸς ἦν*“:

περὶ τῆς φύσεως κατεῖχε πάντας τοὺς λόγους
ἐδίδασκεν ἡμᾶς πρῶτον ἀστρολογεῖν — —,
ἔπειτα μετὰ ταῦτ᾽ εὐθὺς ἀρχιτεκτονεῖν·
ἐπὶ πᾶσι τούτοις — — — κτλ.

Cf. verba Dionysii (fr. II 425 K), Diphili (fr. II 553 K), Anaxippi (fr. III 296 K). — Apud Euphronem (fr. III 317 K) coquus narrat, quot discipulos habuerit.

quam iratus sit, semper delectet convivas iocando, edendo, cantando; uterque parasitus, et Luciani et Antiphanis, vitam suam iucundissimam esse gloriatur; aliaque afferri possunt. — Atque iterum laudes illae ridiculae parasitorum inveniuntur in Antiphanis fr. II 43 K:

ὁ γὰρ παράσιτός ἐστιν, ἂν ὀρθῶς σκοπῇς,
κοινωνὸς ἀμφοῖν τῆς τύχης καὶ τοῦ βίου.
οὐδεὶς παράσιτος εὔχετ' ἀτυχεῖν τοὺς φίλους.
τοὐναντίον δὲ πάντας εὐτυχεῖν ἀεί.
ἐστὶν πολυτελὴς τῷ βίῳ τις· οὐ φθονεῖ.
μετέχειν δὲ τούτων εὔχετ' αὐτῷ συμπαρών.
κἄστιν φίλος γενναῖος, ἀσφαλής θ' ἅμα
οὐ μάχιμος, οὐ πάροξυς, οὐχὶ βάσκανος,
ὀργὴν ἐνεγκεῖν ἀγαθός· ἂν σκώπτῃς, γελᾷ.
ἐρωτικός, γελοῖος, ἱλαρὸς τῷ τρόπῳ,
πάλιν στρατιώτης ἀγαθὸς εἰς ὑπερβολήν.

Simillima sunt, quae explicat Lucianus: ab illo quoque laudatur parasiti erga amicum amicitia, cum irrisione quidem (cap. 40), hilaritas eius (cap. 51), fortitudo militis parasiti (cap. 40), aliaeque res.

In Timoclis quoque comoedia, cui nomen est *Δρακόντιον* (fr. II 454 K), ridiculosissime demonstratur parasitos genus hominum utilissimum maximisque in honoribus esse.

Ut apud Antiphanem ita apud Anaxandridem (fr. 49 K) adulationem esse artem ceterasque artes multo superare commemoratur:

ὅτι εἰμ' ἀλαζών, τοῦτ' ἐπιτιμᾷς; ἀλλὰ τί;
νικᾷ γὰρ αὕτη τὰς τέχνας πάσας πολὺ
μετὰ τὴν κολακείαν· ἥδε μὲν γὰρ διαφέρει.

Ex Antiphanis et Anaxandridis versibus intellegi potest, notionem artis illius ridiculae in comoediis fuisse, priusquam vox *παράσιτος* in fabulis inveniretur: ut voce *κόλαξ* poetae utuntur, antequam voce *παράσιτος* usi sunt, ita illa *τέχνη κολακευτική* prius invenitur quam *παρασιτική*. Quod apparet non minus ex fragmentis illis, quam ex Gorgia Platonis.

In Alexidis fabula, cui nomen est *Φυγάς* (fr. 257 K), narratur Chaerephontem artem didicisse, qua „*ἀσύμβολα δεῖπνα*" sibi quaereret. — Et parasitatio illa re vera doctrina est, quam hominem vere parasitum puerum didicisse oportet, ut intellegitur ex Antidoti fr. II 310 K, quo loco narrat parasitus quidam artis suae peritissimus, quomodo primordia artis parasiticae didicerit:

κατὰ τὴν στάσιν δὴ στάντες ἀκροάσασθέ μου·
πρὶν ἐγγραφῆναι καὶ λαβεῖν τὸ χλαμύδιον,
περὶ τοῦ παρασιτεῖν εἴ τις ἐμπέσοι λόγος,
τὸ τεχνίον ἀεὶ τοῦτό μοι κατεπίνετο,
καὶ πολυμαθὴς πρὸς αὐτὸ τὴν διάνοιαν ἦν.

Simili ratione de tempore discendi artem parasiticam et de eventu eruditionis illius narrat parasitus apud Axionicum (fr. III 534 M), de quo velim conferas, quae explicavit Ribbeck l. c. pg. 64.

Ut Antiphanes, ita alia quadam ratione artem parasiticam ridicule laudat et comprobat Diodorus (fr. II 420 K), cum non solum *παρασιτεῖν* illud in numero artium habeat, sed etiam illam multo excellere inter ceteras artes demonstret, quoniam Iuppiter ipse auctor sit artis parasiticae:

— — — — — βούλομαι δεῖξαι σαφῶς
ὡς σεμνόν ἐστι τοῦτο καὶ νενομισμένον
καὶ τῶν θεῶν εὕρημα· τὰς δ' ἄλλας τέχνας
οὐδεὶς θεῶν κατέδειξεν, ἀλλ' ἄνδρες σοφοί.
τὸ γὰρ παρασιτεῖν εὗρεν ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος κτλ.

Similiter apud Nicolaum (fr. III 383 K.) filius Jovis Tantalus („*Διὸς πεφυκώς, ὥς λέγουσι, Τάνταλος*") auctor est artis parasiticae.

Qui versus comparari possunt cum verbis Luciani (l. c. cap. X), quo loco demonstratur artem parasiticam ab heroibus inventam virosque illos fortissimos carminum Homeri non raro parasitos fuisse, vel imprimis Ulixem, qui vitam para-

siti valde laudaverit[1]). Quae res memoriam affert Philodemi, qui explicat (l. c. tom. II. pag. 77 fr. IV v. 5 sqq. ed. Sudh.) Adrastum et Ulixem in numero rhetorum habendos esse. Notum autem est omnis doctrinae principia ab Homero Graecos repetivisse, imprimis artis oratoriae quoque primordia. — Cf. verba Philodemi II 77 et Quintil. II 178, quae affert Radermacher (in editionis Philodemeae Supplem. pag. XXV). — Conferas l. c. pag. XXXI sq.: Philod. II 72, II 76 (fr. III), II 111 (fr. XXXI), II 171.

Apud Nicolaum igitur Tantalus inventor est artis parasiticae: neque vero eius satis peritus est; quin etiam propter inscientiam verberatur („πληγεὶς εἰς μέσην τὴν γαστέρα“). Qua de causa artem parasiticam didicisse oportet parasitum, sicut discipulus eruditur disciplinis et dogmatis philosophorum:

τί γὰρ μαθών, ἄνθρωπε, πρὸς τῶν δαιμόνων,
βούλει παρασιτεῖν; ἢ τί τῶν ἐν τῷ βίῳ
ηὔξηκας; εἶπον· ἄξιον γὰρ εἰδέναι,
τίνος μαθητὴς γέγονας; αἵρεσιν τίνα
ζηλοῖς; ἀπὸ τίνων δογμάτων ὁρμώμενος
τολμᾷς παρασιτεῖν;

Tum enumerat, quaecumque parasito opus sunt praeceptaque parasitica componit, tamquamsi praecepta rhetorica vel philosophica.

In Menandri quoque fabula, quae inscribitur *Κόλαξ*[2]), parasitum et novisse artem parasiticam et docuisse eam dis-

[1]) Ut in libro Luciani, ita ab ipso Philodemo Ulixes parasitus vocatur in libro, qui inscr. „*περὶ κολακείας*“ (V. H.² VIII 139, 3). Quem locum nuper emendavit Körte, G. G. A. 1907 pg. 266): „*τὰ μὲν ἐπὶ τῆς τραπέζης τὰ δ' ἐπὶ κλίνης τοὺς Αἰόλου καὶ τοὺς ἄλλους παρεσίτει* (sc. *Ὀδυσσεύς*)· *παρ' Ἀλκινόῳ δὲ ἀρίστῳ τὴν γαστέρα ἐμπλήσας καὶ τὴν πήραν ἠξίου μεστὴν λαβεῖν· εἰς Ἅιδου δὲ καταβὰς εἰς δαῖτας, κατέλαβε νεκρῶν προχείρους καὶ τούτους ἂν ἀξιώσας παρασιτῆσαι.*“

[2]) Oxyrh. Pap. tom III. pg. 17—26. Leo, Nachr. der Gött. Ges. der Wissen. Philol.-histor. Classe 1903.

cipulos[1]) ex ea re concludi potest, quod in Terentii comoedia, cui nomen est Eunuchus, Gnatho et se peritissimum huius artis esse gloriatur et quasi magistrum *τέχνης παρασιτικῆς* se praebet, cum se alterum illum parasitum egentem artem suam docturum[2]) esse polliceatur. Disciplinam novam artis parasiticae invenit Gnatho; discipulos suos ridiculose „Gnathonicos“ appellaturus est, ut philosophorum quoque disciplinae ex auctoribus nomina accipiunt[3]), vv. 260 sqq.:

„— — — — Sectari iussi,
Si potis est, tamquam philosophorum habent disciplinae ex ipsis
Vocabula, ut parasiti item Gnathonici vocentur.“

[1]) Versibus 49 sqq. „*τέχνης*“ cuiusdam mentio fit, quam „*διδάσκει*“ homo quidam. Sed haec verba ad parasitum non pertinent, ut demonstravit Körte l. c. cf. supra cap. II.

[2]) Cf. versus Alexidis in fabula, quae inscr. *Κυβερνήτης* (fr. II 338 K); interrogat parasitus quidam:

ἆρά γε διδάσκω, Ναυσίνικ';

[3]) Ut his Terentii versibus, ita non raro parasitationis quaedam cum philosophia communio statuitur et affinitas, adeo ut de parasitica tamquam de disciplina quadam vel secta philosophiae verba fiant. Dignum est commemoratu, quod dicit Saturio in Plauti comoedia, quae inscr. Persa v. 123:

„Cynicum esse egentem oportet parasitum probe.“

(Cf. Hirzel. Dial. pag. 365.) — Ut artem rhetoricam aliasque artes irrident poetae arte illa ridicula parasitica, ita saepissime philosophi rhetoresque nomine quoque parasitorum appellantur vel in numero parasitorum habentur. Eupolis in fabula, cui nomen est *Κόλακες*, turbam philosophorum, sophistarum, rhetorum, qui domi Calliae alebantur, in scaenam produxit et parasitorum ingeniis moribusque instruxit; et ut ille, ita simili ratione Aristophanes in comoedia, cui nomen est *Ταγηνισταί*. — Platonis quoque fabulam, quae inscr. *Σοφισταί*, simillimam fuisse illi Eupolidis comoediae mihi persuasum est. — Diogenes Laertius (X. 9) multos philosophos in numero parasitorum habet, atque Lucianus (in Nigrino suo cap. 24) vituperat philosophos quosdam, quod parasitos se praebeant. In libro, qui est de arte parasitica (cap. 31 sq.), multos philosophos clarissimos enumerat, qui parasiti regum vel tyrannorum fuerint, philosophosque saepissime parasitos se praebuisse demonstrat. Velim conferas, quae narrat Lucianus in libro, qui inscribitur *συμπόσιον* (cap. 18), *Ἁλιεύς* (cap. 36). — Etiam Alciphro (III 55 aliisque locis) mentionem facit philosophorum parasitorum.

Magis magisque parasitatio percrebuit, ita ut ars parasitica in quaestum conferretur a multis hominibus (ut narrat Athen. I 20 A, XIV 615 E), qui ridiculis dictis[1]) convivas delectantes cenam appetebant: imprimis omnibus temporibus parasiti erat *γέλοια λεγειν*. Qua de causa iocularia illa dicta quasi ad artem et ad praecepta revocata erant, ita ut libris, quibus haec continebantur, uterentur parasiti: ex quibus „ridiculos logos“ aliaque artificia parasitica discebant. — In Plauti comoedia, cui nomen est Persa, persuadet parasitus filiae (vv. 391 sqq.):

Ne te indotatam dicas, quoi dos sit domi:
Librorum eccillum habeo plenum soracum.
Si hoc adcurassis lepide etc.

In fabula, quae inscribitur Stichus parasitus dicit (v. 400):

Ibo intro ad libros et discam de dictis melioribus,

et v. 454 revertitur narratque:

Libros inspexi: tam confido, quam potis,
Me meum optenturum regem ridiculis logis.

Neque vero hi libri in comoediis tantum commemorantur, neque a fabularum scriptoribus inventi sunt, sed re vera fuerunt tales libri, quibus colligebantur ridicula dicta; et quomodo orti sint, cognoscimus ex verbis Athenaei (XIV 614 E), quo loco narratur Philippum regum Macedonum *γελωτοποιοῖς* illis, qui ab Athenaeo *οἱ ἑξήκοντα* appellantur, talentum argenti misisse, „*ἵν᾽ ἐγγραφόμενοι τὰ γελοῖα πέμπωσιν αὐτῷ*“.

1) Velim conferas, quae verba facit Gelasimus (in Plaut. Stich. v. 225): „logos ridiculos vendo“, et vv. 230 sqq.:

Vel unctiones Graecas sudatorias
Vendo: vel alias malacas crapularias
Cavillationes, adsentatiunculas
Ac perieratiunculas parasiticas.

Similia inveniuntur apud Alexidem (fr. II 380 K, 365 K) Anaxandrid. (fr. II 139 K), Plautum (in Capt. 470, Stich. 172, 388), Xenophontem (*συμπόσ.* I 11), Athenaeum (XIV 613).

Cap. IV.

De larvis scaenicis, vestimentis, genere dicendi parasitorum.

Graecos in comoediis agendis larvis scaenicis usos esse notum est: ut paulatim personae comicae ortae auctae perfectae sunt, ita larvae quoque illae scaenicae. Iam operae pretium est perscrutari, quibus larvis, quo vestimento induti parasiti scaenam intraverint. Pollux in libro IV 143 sqq.[1]) commemorat, personas scaenicas antiquae comoediae similes fuisse hominibus illis, qui irridebantur comoedia, vel depravatas et in peius pictas pro moribus ingeniisque illorum hominum.

Aristophanes in comoedia, quae inscribitur *Σφῆκες*, Cleonem adulatorem Demi, Theorum Cleonis adulatorem appellavit (cf. supra pag. 12). Theori illius mentio fit vv. 42 sqq:

ἐδόκει δέ μοι Θέωρος αὐτῆς πλησίον
χαμαὶ καθῆσθαι τὴν κεφαλὴν κόρακος ἔχων.
εἶτ᾽ Ἀλκιβιάδης εἶπέ πρός με τραυλίσας·
ὁλᾷς; Θέωλος τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει[2]).

Velim conferas cum his Aristophanis verbis, quae affert scriptor libri falso Aristoteli tributi, qui inscribitur Physiognom. (811 B 61): „*οἱ δὲ τὴν ῥῖνα ἐπίγρυπτον ἔχοντες ἀπὸ τοῦ μετώπου εὐθὺς ἀγομένην ἀναιδεῖς· ἀναφέρεται ἐπὶ τοὺς κόρακας*“. Et Pollux (IV 148) dicit: „*κόλαξ μὲν καὶ παράσιτος ἐπίγρυπτοι κτλ.*“ Cf. quae affert Dieterich (Pulcinella pag. 34/35), qui explicat, quale ingenium larva illa significetur. Huc accedit, quod saepissime parasiti cum corvis comparantur, ut a Diogene (Anthol. Pal. XI 323, cf. supra pag. 12 ann. 3), cuius verba simillima sunt versibus Aristophanis. Epictetus quoque (apud Maximum Tyrium XIII pag. 54) parasitos cum corvis

1) „*Τὰ δὲ κωμικὰ πρόσωπα τὰ μὲν τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ὡς τὸ πολὺ τοῖς προσώποις, ὧν ἐκωμῴδουν, ἀπεικάζετο ἢ ἐπὶ τὸ γελοιότερον ἐσχημάτιστο κτλ.*“

2) Cf. supra pag. 12, Ribbeck., l. c. pag. 11.

comparat iisdemque fere verbis utitur Antisthenes (ap. Athen. VI) et Lucianus (in Tim. cap. 48).

Qua de causa si comparamus 'Aristotelis' Pollucisque verba cum versibus illis Aristophanis, dubitari non potest, quin larva illa, qua indutum Theorum in scaenam produxit Aristophanes, simillima fuerit larvae parasiti in comoediis posteriorum temporum in scaenam inducti, quae describitur ab 'Aristotele' et Polluce l. c. — Quam ob rem, ut parasiti origines apud Aristophanem vel temporibus eius inveniuntur, ita primordia larvae quoque scaenicae parasiti apud Aristophanem fuisse ex his versibus intelligi potest.

Portentuosae fuisse videntur larvae scaenicae et habitus corporum parasitorum in Eupolidis fabula, quae inscr. *Κόλακες* (fr. 156 K):

καὶ τὸν Κέκροπα τἄνωθεν ἀνδρός φασ' ἔχειν
μέχρι τῶν κοχωνῶν, τὰ δὲ κάτωθεν θυννίδος.

Ribbeck (l. c. pag. 13) de his versibus dicit: „Ich vermute, daß hiermit eben die Gestalt der *κόλακες* in dem eupolideischen Chore verglichen war.“ — Simili ratione describitur ridiculosa parasiti species a Diphilo (in fr. 133 K):

γαστὴρ ὅλον τὸ σῶμα, πανταχῇ βλέπων
ὀφθαλμός, ἕρπον τοῖς ὀδοῦσι θηρίον.

De larvis parasiticis, quales fuerunt in nova comoedia, narrat Pollux (IV 148): „*κόλαξ μὲν καὶ παράσιτος μέλανες, οὐ μὴν ἔξω παλαίστρας, ἐπίγρυπτοι, εὐπαθεῖς. τῷ δὲ παρασίτῳ μᾶλλον κατέαγε τὰ ὦτα καὶ φαιδρότερός ἐστιν, ὥσπερ ὁ κόλαξ ἀνατέταται κακοηθέστερον τὰς ὀφρῦς*[1]).“ Quibus ex verbis intellegitur, nasum aduncum proprium fuisse larvae parasiti, ut rostrum corvi[2]), quo significatur impudentia eius, ut

[1]) Cf. Eurip. Iph. Aul. 379. „*λίαν ἄνω βλέφαρα τἀναιδὲς ἀγαγών.*“

[2]) Cf. etiam Dieterich, l. c. pag. 43: „Bemerkenswert mag es sein, wie gerade die Maske des Parasiten ihre Karikatur in der weiteren Entwicklung wieder immer nur darin sucht, einen Tiertypus, den des Schweines, recht deutlich auszuprägen.“

putat Aristoteles (l. c. cf. supra pag. 31). Distinguuntur inter se larvis scaenicis *παράσιτος* et *κόλαξ*, quamquam non multum differunt[1]).

Iam supra (pag. 3) commemoravimus in nova comoedia et voce *κόλαξ* et voce *παράσιτος* uti poetas. Neque dubitari potest, quin *παράσιτος* propius accedat ad humilius illud genus parasitorum, qui a domino irato vel superbo verberantur, ita ut aures eorum laceratae sint, ut dicit Pollux (*μᾶλλον κατέαγε τὰ ὦτα*). Contra „adulatori“ nullo modo flagra patienda sunt[2]). Vultus eius callidus, subdolus, malitiosus est (*ἀνατέταται κακοηθέστερον τὰς ὀφρῦς*). Quin etiam irridet *κόλαξ* dominum stultum et re vera est *κακοηθέστερος τοῦ παρασίτου*. Attamen hae parvae tantum res sunt: quod gravissimum est, similitudo illa avium rapacium vel corvi, larvarum utriusque parasiti propria est.

Ad malitiam et fraudem parasitorum etiam illud spectare existimes, quod narrat Diomedes (pag. 489): „personis uti primo coepit Roscius Gallus, praecipuus histrio, quod oculis perversis erat neque satis decorus sine personis nisi parasitus pronuntiabat[3]).“

Fuscum est os parasiti, adustioris coloris aestu solis, quod semper in foro versatur, ut cenam sibi quaerat. Vel si scriptorem psysiognomicorum 'Aristotelis' (811 B) audiamus: *οἷς τὸ χρῶμα ἐρυθρόν, ὀξεῖς, ὅτι πάντα τὰ κατὰ τὸ σῶμα ὑπὸ κινήσεως ἐκθερμαινόμενα ἐρυθραίνεται.* Bene autem congruit, quod parasitum describens dicit Dromo (fr. II 409 K):

ἐρυθρότερον κόκκου περιπατοῦντ' ἔσθ' ὁρᾶν.

Non raro vultus parasiti comparatur cum vultu vel fronte

[1]) Larvas eiusmodi parasiticas depinxerunt Wieseler (Denkmäler pag. 45 ad. V 47, XII 9, 11, 13) et Winter in libro, qui inscr. Typenkatalog II pag. 419, 1; 420, 4; 431, 3, 4, 5, 7.

[2]) Cf. versus Terentii in Eun. 246 sq.

[3]) De oculis perversis parasitorum cf. Wieseler, Denkmäler pag. 113 ad 33.

canis[1]), ut ab 'Aristotele' (l. c.): „οἱ δὲ τὸ μέτωπον ἀτενὲς ἔχοντες κόλακες· ἀναφέρεται ἐπὶ τὸ γιγνόμενον πάθος. ἴδοι δ' ἄν τις ἐπὶ τῶν κυνῶν, ὅτι οἱ κύνες, ἐπειδὰν θωπεύωσι, γαληνὲς τὸ μέτωπον ἔχουσιν."

Quod attinet ad aetatem parasitorum, Pollux l. c. eos in numero adulescentium (νεανίσκων) habet, neque omnino fieri potest, ut senex sit parasitus: quippe qui semper dominum comitetur, quin etiam flagra patiatur, ita ut robore quodam iuventutis opus sit parasitanti.

Quo fit, ut valde queratur Alciphronis ille parasitus (in epistularum libro III 49) senectutem suam, qua prohibeatur, ne parasiti muneribus fungatur, ita ut fame exacerbatus manus sibi illaturus sit. — Sed quamquam iuvenis est parasitus, tamen pro fortuna vestimento purpureo, quo ceteri adulescentes in comoediis agendis induti erant, ornatus non erat, ut narratur a Polluce IV 119: καὶ πορφυρᾷ δ' ἐσθῆτι χρῶνται οἱ νεανίσκοι, οἱ δὲ παράσιτοι μελαίνῃ ἢ φαιᾷ, πλὴν ἐν Σικυωνίῳ λευκῇ, ὅτι μέλλει γαμεῖν[2]) ὁ παράσιτος.

Ubicumque parasitus scaenam intrat, manu tenet ampullam (λήκυθον) et strigilem (στλεγγίδα). Pollux (IV 120) dicit: τοῖς δὲ παρασίτοις πρόσεστι καὶ στλεγγὶς καὶ λήκυθος. — Quibus instrumentis in comoediis agendis praeditus erat parasitus, quia re vera saepissime ea secum portabat. Instrumentis illis Graeci in balneis utebantur, servique ea vel parasiti portabant: neque raro conspiciebantur parasiti instrumenta

---

1) Cf. verba Apulei (edid. Val. Rose, in Anecdot. Graec. et Graecolat. tom. I pag. 151 sq.): „Idem Aristoteles dicit, eos qui supercilia obducunt, pupillas autem superius tendunt atque omni vultu summisso sunt, esse quidem inhoneste blandos et referri ad canes. Idem Aristoteles dicit eos, qui vultu omni tranquillo, pari modo blandos esse: et hoc referri ad canes." Et idem (pag. 148, 13): „Qui autem summittunt sese atque omne corpus infringunt, inhoneste blandi sunt, quos Graeci κόλακας vocant, refertur hoc ad canes." (Velim conferas, quae explicat Ribbeck l. c. pag. 41.)

2) Rarissime parasitus uxorem habet, ut in Plauti fabula, cui nomen est Persa. Amat puellam quandam apud Alciphronem (in ep. lib. III 67).

illa manu tenentes, cum quottidie lavari solerent Graeci. Homines pauperes, qui servos non habebant et ipsi ampullam strigilemque portabant, αὐτολήκυθοι nominabantur, et parasitus, qui ipse pauper est instrumentaque illa portat, nomine illo appellatur.

Ampulla et strigile iam Aristophanis temporibus praeditos esse adulatores apparet ex comoedia eius, cui nomen est Δαιταλῆς[1]), qua in fabula instrumenta illa commemorantur (fr. I 443 K).

Neque dubitari potest, quin in fabulis palliatis quoque Romanorum parasitus instrumenta illa secum portans scaenam intraverit illis temporibus, quibus histriones Romani in fabulis agendis non iam utebantur larvis scaenicis[2]), ut intelligi potest ex verbis, quae facit parasitus in Plauti Persa v. 123—126[3]):

Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium
marsuppium habeat (sc. parasitus).

Parasitum his rebus ornatum verba facere existimo neque dubium est, quin res ita se habeat in Plauti Sticho, qua in comoedia parasitus scaenam intrat auctionem facturus rerum suarum: venditurus est et multa alia et (v. 230):

Rubiginosam strigilem, ampullam rubidam.

Num in omnibus Plauti Terentiique comoediis agendis parasiti strigilem et ampullam secum portaverint, discerni non potest, neque diiudicare possumus, num semper vestimento nigro induti

---

1) Δαιταλῆς antiquo nomine παράσιτοι vocabantur: cives sunt Athenienses ad sacra facienda ab archonte, cui nomen est βασιλεύς, electi (cf. supra cap. I). De argumento fabulae egit Kock, l. c. I pag. 438.

2) Quae apparent ex verbis Donati, quae facit in lib. de com. pag. 10, 1 R et Diomedi (pag. 489 R), et Ciceronis in libro de orat. III 221. — De quibus egerunt Ribbeck in lib. qui inscr. „Röm. Trag." pag. 661, et Leo in Rh. Mus. 38 pag. 342 et Dziatzko, in Rh. M. 21 pag. 68.

3) Cf. quae explicat Leo (Herm. 1906, pag. 441 sqq.).

fuerint: non ita res se habet in Terentii fabula, quae Eunuchus inscribitur. Gnatho ipse v. 242 de se verba facit:

Qui color nitor vestitus, quae habitudost corporis!

Gnathonem igitur elegantiore veste indutum fuisse apparet.

Larvis igitur scaenicis in fabulis palliatis agendis temporibus Plauti Terentiique histriones usi non sunt[1]), ut supra commemoravimus; attamen dignus est commemoratu versus ille Plauti (in Curcul. 394), quo parasitus narrat se unoculum esse:

Catapulto hoc ictumst mihi apud Sicyonem,

neque dubitari potest, quin larva usus sit histrio, qua alterum oculum occultaret.

Larvas scaenicas, quibus histriones utebantur in fabulis palliatis posteriorum temporum agendis, simillimas fuisse larvis novae comoediae, quales describuntur a Polluce l. c., intellegi potest ex Quintiliani instit. orator. lib. XI 3, 74, 178 et Donati verbis, quae facit ad Terent. Heautontim. Prol. 37 et Terent. praef. in Andr.

Sed cum magno artis mimicae detrimento histriones personis utebantur: quam ob rem dubium non est, quin certis corporis et bracchii gestibus quasi mitigaverint vultus rigorem atque immobilitatem. De hac gesticulatione parasitica aevi recentioris nonnulla narrat Donatus: ut mentionem facit „gestus abeuntis“ (Ad. I 2, 47) vel „observantis“ (And. II 5. 4), ita ad Terentii fabulam, cui nomen est Eunuchus (v. 232), annotat: „Di immortales: admirantis exclamatio, cum parasiti gesticulatione.“ Commemoratur quoque „gestus parasiticus“ apud Donat. ad Eun. 274.

Quomodo Ambivius histrio parasiti Phormionis partes egerit in fabula illa Terentiana, narrat Donatus (ad. Phorm. v. 315): „Adhuc narratur fabula de Terentio et Ambivio ebrio, qui acturus hanc fabulam oscitans, temulenter, atque aurem minimo

[1]) Cf. quae demonstrat A. Müller, Bühnenaltertümer pag. 227 sqq. Chr. Hoffer, De personarum usu in P. Terentii comoediis, Diss. Halle 1877.

inscalpens digitulo[1]) hos Terentii pronuntiavit versus, quibus auditis exclamaverit poeta se talem, cum scriberet, cogitasse parasitum, et ex indignatione, quod eum saturum potumque deprehenderat, delenitus statim sit.“ Ad Phorm. v. 315 annotat Donatus: „haec et labia linguens, ut ebrius, et ructans, ut potus et satur, pronuntiavit actor bonus.“ — Quibus cum verbis Donati („labia linguens“) comparari potest, quod narrat de Theophrasto Hermippus (apud Athen. I 28 B): *καίποτε ὀψοφάγον* (qui procul abest a parasito) *μιμούμενος ἐξείραντα τὴν γλῶσσαν περιλειχειν τὰ χείλη*.

Liceat mihi huic capiti pauca addere de elocutione parasitica: nam peculiari genere dicendi propriisque vocibus utitur parasitus. Velim conferas, quae annotat Donatus ad Terent. Phorm. v. 327: „Quot me censes homines iam deverberasse usque ad necem? *παρασιτικῶς* totum translationibus loquitur.“ — Ad eandem fabulam (Phorm. v. 330) annotat Donatus: „Quia non recte accipitri tenditur neque miluo: rursus per allegoriam loquitur parasitus, ut totum et triviale sit et ex conviviis escisque translatum,“ idemque ad versum 336: „Pro maleficio si beneficium: *παρασιτικῶς* „beneficium summum“ dicit alere.“

Non raro parasitus elocutione tam proprie parasitica utitur, ut non intellegatur ab aliis hominibus, ut exempli gratia in versu 342 fabulae, cui nomen est Phormio: de quo dicit Donatus: „Cena dubia apponitur: et hoc adeo parasiticum verbum est, ut non intellegat Geta.“

Neque parasitus dicere solet *ἐσθίειν* et *πίνειν*, sed *καταφαγεῖν* et *ἐμπίνειν*, ut exempli gratia in Epicharmi fabula, cui nomen est *Ἐλπὶς ἢ Πλοῦτος* (ap. Athen. VI 235 E), vel *καταπίνειν* ut apud Ameipsiam (fr. 19 K) et Antiphanem (fr. 248 K).

Voce ligurrire saepius utitur parasitus, ut apud Plautum (Cap. v. 83):

— — — — — victitant suco suo,
dum ruri rurant homines, quos ligurriant.

[1]) Cf. verba Iuvenalis (in sat. IX v. 133) et Senecae (in epist. 52, 12), Luciani in libro „*περὶ ὀρχήσεως*“ II pag. 266 et in lib. „*περὶ διαβ.*“ XXI pag. 152. — Cf. Ribb. l. c. pag. 42.

Eademque elocutio invenitur in Terentii fab., quae inscr. Eunuch. v. 255, et apud Ennium (cf. Donat. ad Phorm. 338).

Imprimis propria voce utitur parasitus pro voce cena: *ἔργον* eam parasitice vocat. Comice ita dicit parasitus apud Ameipsiam (fr. 1 K) et apud Alexidem (fr. 195 K):

> — — — *ἐπιπονώτερον*
> *ἔργον μὰ τὸν Διόνυσον οὐκ εἴληφ᾽ ἐγώ,*
> *ἀφ᾽ οὗ παρασιτῶ κτλ.*

„*ἔργον λαβεῖν*“ dicit parasitus pro „cenam sibi quaerere“.

Elocutio vere parasitica reperitur in Plauti Persa (v. 58 sq).

> Nam numquam quisquam meorum maiorum fuit,
> quin parasitando paverint ventris suos.

Et vere *παρασιτικῶς* loquitur parasitus in fabula, quae inscribitur Stichus (vv. 212 sq):

> Potationes plurumae demortuae;
> Quot adeo cenae, quas deflevi, mortuae.

Praecipue certis quibusdam nominibus utitur parasitus, quibus appellat dominum, ut exempli gratia voce *βασιλεύς*, rex, genius, aliisque, de quibus velim conferas, quae affert Ribbeck, l. c. pg. 46.

Vita.

Natus sum Aemilius Josephus Augustus Franciscus Giese ante diem XV. Kal. Nov. anni 1883 in vico Guestphaliae, cui nomen est Berghofen, patre Alberto, matre Anna e gente Knickenberg, quos ambos superstites esse valde gaudeo. Fidem profiteor catholicam. — Primis litterarum elementis imbutus gymnasium urbis Tremoniae (Dortmund) frequentavi. Testimonio maturitatis vere anni 1903 accepto, studiis maxime philologicis me dedi Monasterii, Berolini, Bonnae, ubi per singula semestria versatus sum. Tum, ut studia mea ad finem perducerem, Kiliam Holsatorum me contuli, ubi per tres annos iisdem studiis navavi operam, seminariique philologici sodalis fui ordinarius per ter sex menses.

Docuerunt me viri doctissimi Monasterrii: Stahl, Sonnenburg, Schwering; Berolinenes: Vahlen, Diels, Wilamowitz-Möllendorff, Roethe, Münch, E. Schmidt, M. Schmidt, Menzer, Helm, Imelmann; Bonnae: Bücheler, Usener, Brinkmann, Bickel, Jaeger; Kiliae: Sudhaus, Wendland, Jacoby, Deussen, Noack, Kauffmann.

Quibus praeceptoribus omnibus summam habeo gratiam, imprimis S. Sudhaus, cuius in hoc opusculo perficiendo egregium consilium atque benevolentiam expertus sum.